deri quedam viſibilia periret delectatio que foret ex viſione eorum. Non cõgruit autẽ gaudijs nullomodoꝝ ꝙ alia eorum pereat vel aliquid ex aliquo eorum. Congruit igr̃ iſte ſermo vt dixi glorie atq; perfectioni viriũ predictarũ. Querat autem fortaſſis aliquis de virtute guſtabili ⁊ virtute tangibili et etiam odorabili. Si qua erit earũ operatio vel vſus in futura gloria et reuera non eſt tibi dubitandũ quia vires ille non recedent ab animabꝰ hũanis. Sed operatio virtus guſtabilis que guſtatio ſiue comeſtio eſt cum non ſit neceſſaria niſi ꝓpter nutrimentũ et reſtaurationẽ corpis non erit ibi neceſſaria. Sicut neq; operatio virtutis generatiue que generatio eſt. liberabuntur aũt iſte vires a miſerijs in quibꝰ modo ſunt. Tu enim vides qualiter hic affligitur virtus guſtabilis fame ⁊ ſiti maliſq; ſaporibus. De vi etiam generatiua notũ eſt tibi que tormẽta patiatur hic ab ardoribus cõcupiſcentiarum et libidinibus ab hijs igitur erit libera tunc et immunis et erit decor eius et gloria caſtitas inuiolabilis. Sic non eſt tibi dubitandum quin ornetur tunc ⁊ glorificetur virtus guſtabilis ſobrietate ⁊ abſtinentie que illi glorie ꝯgruat ſi phas eſt eas ſic nominari. Non em̃ ſobrietas aut abſtinentia aut minꝰ ꝟtutes ſunt aut minus arma animaꝝ humanarũ in pace ſpirituali q̃ꝫ in bello ⁊ hoc eſt qm̃ non ſolum arma ſunt ſed etiam ornamẽta ⁊ pulchritudines animaꝝ mirabiles ac deſiderabiles. In eo igr̃ ꝙ virtutes ꝙ ornamẽta ꝙ pulchritudines animaꝝ vſus earum manifeſti ſunt in ſtatu beatitudinis illius animas em̃ fortificant vt virtutes ornant eas ⁊ decorant vt ornamẽta et pulchritudines. Uerum qm̃ par illa bella non habet nec ad illam attingere bella poſſibile eſt vllo modoꝝ in eo ꝙ arma nullus eſt vſus earum hoc eſt dicere nullus eſt vſus ꝓtectionis earũ nullus vſus impugnationis hij enim ſunt duo vſus armorum in eo ꝙ arma ſunt.

r euertar aũt paululum ad ea que preceſſerunt et dicam quia reuera res felicitatis illius ⁊ glorie ꝓpter elongationẽ ſuam a conſuetudine noſtra et a rebus ſeculi iſtius non eſt facile vt inueniantur per vias ꝓbationis ad certum et liquidum per ſingula. Sed indubitanter verum eſt ꝙ felicitas illa nullam ſecũ patietur miſeriam in glorificatꝭ nullã imperfectionẽ que dedeceat aut non deceat homines glorie illius. Utrum autẽ vires ſenſibiles ſic perficiende ſint quemadmodum audiuiſti an aliomodo creatori et qbus reuelare noluit noto nobis autẽ adhuc innoto cũ ex ſermonibus ꝓphetarũ vel alijs ſermonibus autenticis ꝑſpicuũ non ſit non facile affirmandũ eſt Si quis autem dixerit quia ſicut nihil corruptibile habet vita illa glorie ita nihil habet etiã corrumpens vel corruptiuũ veriſimile ꝓculdubio dicit. Scio em̃ multas ⁊ maxie in rebus diuinalibus ad modicũ exercitatos non facile poſſe videre ꝙ omnia viſibilia ſimul videantur in effectu viſione lucida et diſtincta Similiter ⁊ ꝙ omnes armonie omneſq; concentꝰ delectabiles actualiter ſimul audiantꝰ ⁊ ſub diſtinctione clariſſima non minus eis incredibile videtur. Tu ꝟo audiuiſti quid rationis habeat. Ineternũ igitur cauſa exercitatiõis iſta teneas donec per me vel per aliuꝫ acquiratur tibi certitudo rerum huiuſmodi Non em̃ parum habet admiratiõis aut queſtionis an armonias habeat ⁊ concẽtus delectabiles vita glorie illius ⁊ tu ſcis quid ſenſerit Ariſtoteles de ſonis ⁊ generatione ipſorum quãq; autẽ plato poſuerit armonias in celis mobilibus. In celo tamen immobili ponende non ſunt et ſm ipſum ꝓpter motum enim ipſoꝝ poſuit in celis armoniã. Tu autẽ iam audis ſermones hominũ de cantibus angeloꝝ Audis etiam ſermones ꝓphetarũ et maxime ꝓphetias chriſtianorũ de hijs ⁊ reuelationes que apud eos ſunt de quibuſ iam ſepe dictuꝫ eſt tibi per me quia valde vtile ẽ videre eas et ſepe inſpicere. Hꝫ etiã q̃ſtionẽ q̃ future ſint ibi armonie ⁊ voces hoim vtꝝ vniuoce vocibus q̃s hẽmus hic et vtꝝ ꝯueniat eis ratio quã poſuit. Ariſt. vocis ꝙ eſt dicere an ſint vniuoce voces ille vocibus noſtris. Generaliter ergo ſcito quia delectationes ſenſibiles hoc eſt ꝑ ſenſus quecunq; erunt ibi non erunt ſenſibiles per modum quo hic ꝙ eſt dicere quoniaꝫ non ſtabunt anime noſtre in rebus ſenſibilibus neq; herebunt eis ꝑ delectationes iſtas Sed magis erunt ei vie ad bonitatem pulchritudinẽ atq; ſuauitatem creatoris omnes bonitates pulchritudines atq; ſuauitates creaturaruꝫ. Tunc